



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

28. Ecclesia, sive clericus, in que[m] pervenit res allibrata, an teneatur ad collectas, & n. seq.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

exigunt, aut sic imposita etiam à sponte dantibus, & concedentibus recipiunt, nec non, qui per se, vel per alium, seu alios directe, vel indirecte prædicta facere, exequi, vel procurare, aut eisdem auxilium, consilium, vel favorem, ut votum, seu suffragium palam, vel occulte præstare non verentur, cujuscunque sint præeminentiæ, dignitatis, ordinis, conditionis, aut status, etiam si imperiali, aut regali præfulgeant dignitate, seu Principes, Duces, Comites, Barones, Respublicæ, & alii potentates quicunque, etiam Regnis, Provinciis, Civitatibus, & Terris quoquomodo præsidentes aut quavis etiam Pontificali dignitate insigniti, excommunicationis sententiam in Bulla Cœnæ Domini contentam incurrunt. Navarr. in cap. 27. num. 71. vers. *Et qui collectas*, tom. 3. & Graff. cap. 18. num. 145. par. 1. lib. 4. à qua ¶ nisi in articulo mortis constituti, præterquam à Romano Pontifice, nemo absolui potest, neque etiam tunc, nisi de stando Ecclesiæ mandatis, & satisfaciendo cautione præstita, nec prætextu quarumvis facultatum, & indulgentiarum quibuscunque personis ecclesiasticis, secularibus, & quorumvis ordinum, etiam mendicantium, & militiarum regularibus, etiam Episcopali, vel alia majori dignitate præditis, ipsisque ordinibus, & eorum Monasterijs, Conventibus, & Domibus, ac Collegijs, Confraternitatibus, Congregationibus, Hospitalibus, & locis piis, necnon laicis, etiam Imperiali, Regali, & alia mundana excellentia fugentibus, per Romanum Pontificem, & Sedem Apostolicam, ac cuiusvis Concilii decreta, verbo, litteris, aut alia quacunque scriptura in genere, & in specie concessorum, & innovatorum, ac

concedendorum, & innovandorum. Rebuff. in prax. benef. super Bull. Cœnæ Domini, art. 13. vers. *nisi in mortis*, & Navarr. d. c. 27. n. 73. vers. *ceteram à prædictis*. ¶ Nam in articulo mortis quilibet sacerdos absolvere potest, quacunque reservatione non obstante, ut ibi gloss. in d. vers. *nisi*, Concil. Tridentin. cap. 7. §. *hanc autem doctrinam, de sacr. penit. & extrema unct. sess. 14.* & S. Thom. in 4. sentent. distict. 18. & 20.

28 ¶ Dubitatur, an bona catastata, quæ ecclesiæ à laicis acquisiverunt, & pro quibus laici collectas persolvebant, gaudeant privilegio immunitatis: & videtur quòd non, quia hoc casu res onerata cum suo onere transit. Specul. de clerico. conjog. n. 11. vers. *alii dicunt*, Bald. in l. *neminem* n. 2. C. de sacr. sanct. eccles. Jal. cons. 43. vol. 3. Abb. in d. cap. *non minus*, num. 16. vers. *dicunt enim*, & Rebuff. in l. *si divina* n. 3. C. de exact. tribut. Quæ conclusio est vera, & communis, quo ad tributa, si prædium est tributarium, vel censuale jure feudi, vel emphyteusis pro illo solito, & perpetuo tributo, quod est conforme, & certum, ut declarat Bar. cons. 180. n. 3. & 4. Felin. in d. cap. *Ecclesia Sanctæ Mariæ*, n. 77. Bald. dist. n. 2. Rebuff. ead. l. *si divina*, n. 1. & Olalch. decis. 136. ubi de *commun. testatur*, num. 2.

Sed quando descriptio, seu æstimatio, quæ fit per solidum, & libram, non est perpetua, & certa, sed mutatur pro varietate imminentium negotiorum, onus hujusmodi non durat, postquam venit ad privilegiam personam, ut bene distinguunt Bart. eod. cons. 180. eod. n. lib. 1. Felin. in dist. cap. *Ecclesia S. Mariæ*, eod. num. & Brun. cons. 94. quia immunitas ¶ trahitur